

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 9748

**Auteur(s) :** Hugues de Guerquesalles [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [...1154-1204...]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Avec l'accord de son fils Geoffroy, Hugues de Guerquesalles donne aux moines de Saint-André-en-Gouffern quatre acres et une vergée de terre à Guerquesalles. Il concède toutes les terres que Robert Pointel leur avait données, ainsi que plusieurs terres des dons des plusieurs personnes. Il concède également auxdits moines la franchise totale sur tous leurs achats et ventes à sa foire de Pont-de-Vie.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6615.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 402-408, p. 451-452.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Hugues de Guerquesalles est auteur d'un autre acte datant de 1154-1174 ou 1190-1204 : SCRIPTA 9746.

Texte d'après A

Universis sancte Ecclesie filiis tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum pervenerit, Hugo de Gargasala salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod dedi et concessi monachis Sancti Andree de Goufer, in puram et liberam et perpetuam eleosinam, pro salute anime mee et omnium amicorum et antecessorum meorum, concedente Gaufrido filio meo, .IIIIIor. acras terre et unam virgatam, quarum due acre sunt in Valmerlee in quodam campo qui vocatur campus de Coudra, et due acre et .I. virgata in campo vinee. Concessi preterea eisdem monachis in perpetuam elemosinam omnes terras quas Robertus Pointel dedit illis in vita sua et concessit in territorio de Pont Devie que ad feodium meum pertinent. Preterea concessi eis duas acras terre in capite de rua de Valguimont, de dono Philippi Baiufrere et Ricardi fratratis ejus, et duos campos terre quorum unus est super ruam de Valguimont et alter super aquam de Vie, et quoddam pratum quod est subter molendinum sanctimonialium de Aumaneschies de dono Roberti Leharpeor et Radulfi fratratis ejus. Insuper etiam concessi eis totam terram quam habent in Monzmartin ex dono Willelmi Leangevin et Alberede uxoris ejus et Roberti de Valguimont et Willelmi fratratis ejus, que ad feodium meum pertinet. Concessi etiam eis unum campum qui est inter domos de Pont Devie et Guegaubert. Amplius etiam sciendum quod concessi eis herbergarium Willelmi de Valguimont quod vocatur herbergarium de Bova in quo

continetur acra et dimidia terre, salvo servicio meo et si forte contigerit quod feodum illud ad quod iddem (sic) herbergagium pertinet suos redditus ex aliqua parte per defectum suum non persolvat, eadem elemosina quantum ad se pertinebit ex eodem defectu per omnia respondebit. Ad huc etiam sciendum et memorie tradendum quod dedi et concessi predictis monachis plenariam quitantiam in feria mea de Pontdevie in omnibus rebus suis emendis et vendendis et transvehendis que proprie ad usum illorum pertinere dinoscuntur. Et ut sepediti monachi hec omnia libere et quiete et sine aliqua heredum meorum contradictione in perpetuum possideant, eadem illis presentis scripti munimine et sigilli mei testimonio confirmavi et corroboravi. Testibus his, Gaufrido filio meo, Hais uxore mea, Willelmo de Valguimont, Roberto Baillin, Hugo de Valguimont, Willelmo Herbert, Willelmo Bordel, et pluribus aliis.